

## Die Urkunden Karls des Großen, 267

In nomine sanctae et individue trinitatis. Karolus dei gratia rex. Noverint omnes fideles nostri presentes et futuri, qualiter nos pro remedio anime nostraræ nec non et patris nostri ac dilectæ matris nostraræ nec non et aliorum consanguineorum nostrorum ad monasterium quod nominatur Helmonstedi ad nutrimentum monachorum inibi deo famulantum omne dominium ac proprietatem subtus nominatorum bonorum suasu et consensu venerabilis episcopi Hildegrimi, qui nunc Halberstadensi ecclesiae preest, in perpetuum ius donamus: villam Karlsdorp et agrum eiusdem cum omni iure et integritate ac silvarum attinentiis. Preterea vero quicquid decimarum pertinet ad curtes predictorum monachorum in prefato episcopio, in proprium concessimus. Iussimus deinde hoc presens preceptum scribi, manu nostra subtus signari et annuli nostri impressione corroborari.

(M.) Signum domni Karoli serenissimi regis.

Ludolff cancellarius advicem Brunonis archicappellani recognovi.

Data VI kal. maias anno incarnationis domini DCCCII, anno domni Karoli serenissimi regis eius imperii II; actum in Zelgenstadt; feliciter amen.